



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Indumenta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

revocavit, pileamq; elegantissima ex confutis panni frustulis quatuor, tam ad ornatum capitis, quam ad etiam ad umbellæ usum fecit, non ea tamen ovi singula dimidii speciem referentia, sed quatuor veluti costis ad quatuor instar mundi cardinum assurgentibus divisa, ita tamen ut quarta desideat in plicam, quasi polium describat, quem

Geor. lib. 1.

Sub pedibus Styx atm videt maneque profundi:

argumento, nos cœli semper memores esse debere, cujus figura quadam capita contegamus. Sacerdotes vero hoc plurimum utuntur capitis tegumento.

DE INDUMENTIS. CAP. XIII.

Quantum vero ad reliqua pertinet indumenta, cum multi materiam eam pertractarint, nobis non est consilium singula recensere, sed pauca admodum quæ vel remotiora vel ab aliis diversa videbuntur, & aliquid sapiant hieroglyphicum.

ROMANUS. CAP. XIV.

Misam itaque faciemus togam, cujus figuram Quintilianus fati explicavit, cum nulli non innotuerit per eam ita Romanum civem indicari, quemadmodum per pallium Græcum hominem. Unde Latine Comœdiæ, in quas scilicet Latine personæ inducuntur, Togata vocantur, Palliata vero, quæ per Græcas personas aguntur. Sed hoc Virgilius explicavit, cum di-

Togata & Palliata. Comœdiæ. Æneid. l. 1.

xix:

Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

CIVILIS. CAP. XV.

Epistola 1.

At eum quidem Romanum per togam intelligebant, qui civilia negotia tractaret, sive, ut dicitur Horatius, civilibus undis mergeretur. Unde Martialis: Toga raris, mens quiescit. Nam Marcellus vestimentum eam esse tradit, quo amicimur in foro negociaturi. Cæterum toga non solum viri, sed etiam femine utebantur. Varro de vita populi Romani, ut apud eundem citatur, de togis loquens: Ante enim olim fuit commune vestimentum & diurnum, & nocturnum & muliebri, & virile. Hinc apud Propertium legas:

Tertulliani aditum memorandum.

Sive togis illam fulgentem incedere Cois.

Tertullianus cum notaretur, quod indumenta Romana fastidiret, pallioque potius vir tantus uteretur homo minime ambitiosus, causam tuetur suam, evitareque se eo habitu & imperiosam & incommodum respondet, cum toga vestis sit admodum onerosa. ait enim: Conscisciam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutum, ane onustum? habere vestem, an bajulare?

PAX. CAP. XVI.

In toga, dignitatis principatus est datus. Cic. i. offic. Per togam & sagum hominum distinctione. Hinc Cicero in Philippicis ad sagam ire pro ad arma procurrere. 6. 7. 8. & 13. hinc sagati, i. e. armati.

Quoniam vero ea quæ domi fieret Reipublicæ administratio, vel civilis vitæ negotiatio, longe diversa videtur à bellicis negotiis; inde factum ut pro pace nonnumquam toga acciperetur, quippe cum de ea vitæ ratione dicatur, quæ pertinet ad forensia.

BELLUM. CAP. XVII.

In toga, dignitatis principatus est datus. Cic. i. offic. Per togam & sagum hominum distinctione. Hinc Cicero in Philippicis ad sagam ire pro ad arma procurrere. 6. 7. 8. & 13. hinc sagati, i. e. armati.

Sed sagum cum militare omnino sit indumentum, cujus scilicet usus expeditorem ad itinera & negotia hominem reddit, pro bello poni solitum. In arma togæ apponuntur, de quo celebre illud Ciceronis dictum Cedant arma toga. Nam ad hunc usque diem nationes pleræque, præsertim Galli, viros militiæ deditos brevis indumenti vocabulo designant, cum Sacerdotes, legum professores, & negotiis civilibus deditos, longæ vestis nuncupatione describant, ita duplex hominum genus distinguunt, quemadmodum veteres per togam & sagum varia hominum studia significabant. Facit ad hoc Tullianum illud ad Cæsarem juniorem lib. Epistolar. i. Prid. Nonas Feb. cum ad se literas mane dedisset, descendi ad forum rogatus, cum reliqui consulares sagati vellent descendere. In Canone autem illo, ut hoc x̄π̄αιγεργον, non importunè tamen inferamus, qui apud Maffæos Romæ habetur, de Militum Roma.